



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XXXIII. Ad D. Philippum Ludocum Com. Pal. Rheni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

*Detur inoffensa vitæ quò tangere metam :
Atque pari vobis semper amore frui.
Floreat vt vestrum fœcundo germine semen :
Mensque sit in sano corpore sana diu.*

XXXI.

Vito Beinnumio

EQ. Alfatio.

*Qui mortem in vita, vitamque in morte ministrat
Res est iucundi plena doloris Amor.*

XXXII.

Ad D. Ludouicum Princi-
pem VVirtebergicum, & Teccium.

*Qui sibi, quàm populo, magis haud prodesse labo-
Principis officio fungitur ille boni.*

Tu facis, & laudem miti pietate mereris:

Principis hinc nomē fers LVDOVICE boni

Te scepro populus dignatur, Musa que plebitur

Nam populo pariter consulis, atque tibi.

XXXIII.

Ad D. Philippum Ludo-
cum Com. Pal. Rheni.

Si queris, sapientia, PHILIPPE,

Quis sit verus amator, ipse dicam.

Is verus sapientia est amator,

Quisquid

Quisquis verus amator est Iehouæ.

Nam fons est sapientiæ Iehoua.

XXXIV.

Ad D. Iacobum Marchio-
nem Badensem.

Tuta timere Deum res est, expersque pericli:

At sapiens res est nosse, IACOBE, Deum.

Qui nouit metuitque Deum: discrimina nulla

Ille timet: sapiens sic probat omne bonum.

XXXV.

Achiori ab Vlm EQ.

Mag. Cur. Bad.

Iram qui sapiens, & linguam continet: ille

Virtutis summum percipit, VLME, decus.

XXXVI.

Ad Iofuam Schærum

à Schuarzeberg EQ.

Cui non est hostis, nunquid satis ille beatus?

Sic puto, sed nulli qui sit, IOSVA, hostis: & hoste

Omnia quo careant, longè ille beatiôr. at cui

Contigit hoc vtrumque, Deo par esse videtur.

XXXVII.

Ad Martinum Rulan-

dum Medicum.

B 3 Barba-